UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§.III. Die Reichs-Stände sind wegen Beschickung des Congressus, zweiffelhafft; Frantzösisches Invitations-Schreiben an den Deputations-Convent zu Franckfurth.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51787

Visual Library

1645. Januar. arbeiten, daſſelbige muſt du und Salvius wol in acht nehmen, ehe ihr mit jemand von den andern kommet zur conferenz. 1645. Januar.

Von der Cron Schweden Satisfaction, darüber muß erſtlich in genere tractiret und ein conſenſus expracticiret werden, ehe man kömmt ad particularia, den ſo viel habe ich unter Händen, voraus, daß weder der Feind noch die Stände im Römiſchen Reich in genere ſolches können verhindern, ſonſten ſie ſich kaum vertragen werden um dieſelbigen, die ſolches thun ſollen, ſo mercke ich auch daß man auf Franckreichs Satisfaction faſt ein groſſes und gröſſers Auge hat, als auf die unſere, den dieſelbe auch gewißlich beſchwerlich werden wird. Hier müſſet ihr deßwegen vorſichtig gehen, und im Anfang den erſten articul gegen Deutſchland reſtitution halten, und lieber den Frantzoſen eine mutuel cooperation zu beyder Cronen beſtes vorſchlagen, „und dann erſt von Pommern gedencken, daſſelbe müſſe wohl bedacht, wie auch die „cooperation acceptiret werden, mit der limitation, daß die Haupt-Sache dadurch „nicht verderbet würde, und unſer ſcopus ausbreche. Herr Chur Bileke iſt noch ſtille, und weil man bishero ſothanig apparenz geſehen, ſo iſt von ſeiner expedition wenig vorgelauffen, und ich zweiffele nicht unbillig, ob er auch mit hinaus geſandt werde. Die Ziffern habe ich dir vor 3. Wochen geſandt. Den 1. Decembris 1644.

Axel Oxenſtierna.

§. III.

Die Reichs-Stände ſind wegen Beſchickung des Congreſſus zweiffelhafft.

Es ſchwäbten aber die meiſten Stände gleichſam zwiſchen Furcht und Hoffnung, ohne, daß ſie wuſten, was ſie thun ſolten, weil die Beſchickung des Congreſſus, zu Wien, nicht wohl aufgenommen wurde, dahero auch in dem Fränckiſchen Crayß, ſich zwiſchen den Catholiſchen und Evangeliſchen Ständen, von neuem, Zwiſtigkeiten darüber geäuſert haben, welche aller vorherigen Verſicherungen ohngeachtet, die Abſendung der Deputirten zurückgeſtellet, ohngeachtet der Frantzöſiſche Ambaſſadeur Servien ſub 18. Dec. 1644. ein abermahliges Invitations-Schreiben, an den Reichs-Deputations-Convent zu Franckfurth, hatte laſſen abgehen, ſo folgendes Innhalts war:

Reverendi, Illuſtres, Generoſi, Magnifici Nobiliſſimi & Conſultiſſimi.

Frantzöſiſches Invitations-Schreiben an den Deputations-Convent zu Franckfurth.

Tandem poſt varias diſceptationes, ſolutis difficultatibus, quæ promovendo Pacis optatiſſimæ negotio moras injiciebant, ex utrarumque partium voto conceptæ ſunt novæ Procuratoriorum Mandatorum formulæ. Hoc ſecundum autographum Illuſtriſſimo Sanctæ ſedis Apoſtolicæ Nuncio, & Excellentiſſimo Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ Oratori, receptis Mediatoribus, traditum, intra definitum tempus, nempe finem Januarii proxime venturi, a Principibus utrinque noſtris expectamus. Interea ne quid temporis incaſſum abeat, cujus momenta in hac Tractatione debent eſſe pretioſiſſima, data fide mutuo pepigimus, ut quicquid invicem concluſerimus, id firmum validumque ſit, vi priorum Plenipotentiarum, & ipſa poſteriorum extraditione ratum habeatur. Supereſt ad operis tam ſancti non progreſſum modo ſed exitum maturandum, ut nobis de rebus Germanicis poſthac ſerio & fortaſſis ante omnia deliberaturis, Deputati Principum Ordinumque Imperii, ſuam non amplius recuſent opem conſiliaque, quibus priſtina tranquillitas Orbi Chriſtiano, ipſique præſertim Germaniæ, quantocyus reſtituatur. Jam literæ à Sacra Chriſtianiſſima Majeſtate datæ, binæque a nobis exaratæ cunctos invitârunt; nunc negotium ipſum feliciter inchoatum, &, ubi aderunt, brevibus, quam creditur, conficiendum vocat R. R. & Illuſtriſſimas Dominationes Veſtras, qua-

1645. Januar. rum maxime intereſt, neque tantum diuturna Legatorum, quotquot hic ſumus, urget expectatio, verum etiam afflicta tot calamitatibus patria, in medelam præſentis & indies recrudeſcentis mali, citiſſimum auxilium efflagitat. Denique ſuſpiciari non poſſumus, amplius Veſtrum huc acceſſum Cæſaris authoritate Francofurti prohiberi, cum ipſius Plenipotentiarii palam Monaſterii profiteantur, conceſſam ſingulis accedendi facultatem, &, ſi non veniant, haud eſſe, cur inde quid Cæſari vel ejus Commiſſariis imputetur. Adſint igitur quamprimum R. R. & Illuſtriſſimæ Dominationes Veſtræ, ne mora diutius prolati Tractatus ipſis adſcribatur; re tandem & factis reſpondeant hiſce literis ultimis, quibus, ut muneris a Sacra Chriſtianiſſima Majeſtate nobis injuncti partes omnes adimpleantur, cunctos & ſingulos iterum convocamus, quasque licet Excellentiſſimi Collegæ Chirographo non munitas, ex utriusque ſententia ſcripſi. Datum Monaſterii Weſtphalorum, die 18. Dec. An. 1644. 1645. Januar.

Inſcriptio.

Reverendis, Illuſtribus, Generoſis, Magnificis, Nobiliſſimis & Conſultiſſimis ad Comitia Francofurtenſia Deputatis.

R. R. & Illuſtriſſimis Dominationibus Veſtris

Ad officia paratiſſimus

Servien.

§. VI.

Gloſſa über das Frantzöſiſche Schreiben.

Auf dieſes Schreiben kam eine beſondere Gloſſa hernach zum Vorſchein, dieſes Inhalts:

Gloſſa.

Duæ hic deprehenduntur ſingulares impoſturæ. Primo quidem, quod aſſerit SERVIENTUS, Cæſareanos profiteri, quod bona Cæſaris venia omnes Imperii Status ad Congreſſus Pacis venire, ibique Vota & Suffragia ſua conferre poſſint. Deinde, quod dicit, ſe hanc epiſtolam de conſenſu ſui Collegæ ſcripſiſſe. Quorum neutrum verum eſt. Nam Cæſarei hoc ſaltem inculcârunt, Gallos non habere cauſſam juſtam, ob Statuum abſentiam, Propoſitionem de mediis ad Pacem componendam protelandi: tum quod Cæſar, tanquam ſummus Imperii Princeps, ſufficientiſſimam concludendi Pacem habeat authoritatem, quemadmodum & hactenus omnia cum ipſo, quæ ad hoc negotium ſpectant, tractata & concluſa fuêre; tum quod Cæſar jam in Comitiis Ratisbonenſibus cum Statibus egerit, qua ratione ipſe Tractatus Pacis per ſuos Legatos ad finem perducere debeat, ſcilicet quod ex Collegio Electorali Colonienſis & Brandenburgicus, ſuos Conſiliarios Monaſterii, Moguntinus deinde & idem Brandenburgicus Oſnabrugis itidem ſuos Conſiliarios Cæſareanis adeſſe jubeant, quorum aſſiſtentia & conſilio illi uterentur. Reliquis deinde Principibus & Statibus Imperii liberum eſſet, rerum ſuarum privatarum cauſâ, ad Congreſſus venire & ſuos mittere, ita tamen, ut non niſi per Cæſareanos res ſuas privatas tractari curent, quatenus de his adverſarii conveniendi fuerint. Hæc cum ita ſint, fruſtra SERVIENTUS infert, omnibus Statibus Imperii, in forma Comitiorum, etiam invito Cæſare, ad hoſce Congreſſus venire licere, cum hoc nullibi dictum aut actum ſit. Quod autem ad alterius Plenipotentiarii Gallici, Comitis d'AVAUX ſcilicet, conſenſum attinet, certum eſt, vigore Plenipotentiæ Gallicæ, nihil eorum ratum eſſe poſſe, quæ ſeparatim ab uno vel altero aguntur, ſed cum tres ibi nominentur, diſerte adjectum, ſi unus